Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

6

ꝫ iocunditas decalogi. SEQVITVR.

SURREXIT autem anna postquam comederat in silo. ꝫ biberat. ꝫ heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi dñi. cum esset amaro animo. orauit dñm flens largiter. ꝫ uotum uouit dicens. Domine exercituum. si respiciens uideris afflictionem famulę tuę. ꝫ recordatus fueris mei. nec oblitus ancillę tuę. dederisq; seruę tuę seruum uirilem. dabo eum dño omnes dies uitę eius. ꝫ non ascendet nouacula super caput eius. Factum est autem. cum illa multiplicaret preces coram dño. ut heli obseruaret os eius. Porro anna loquebatur in corde suo. tantumq; labia eius mouebantur. ꝫ uox penitus non audiebatur.

Anna surgit. dum sancta ecclesia in expectatione filii dei. per fidem ꝫ dilectionem. ad spem longanimitatem se accingit. In silo comedit ꝫ bibit. dum in illa uetus legis suo ragine. litteę ceruliis. ꝫ allegorię poculis esuriem ꝫ sitim suam reficit. Heli super sellam sedet. dum uetus sacerdotium. quem sibi in delectatione carnis ꝫ rerum mundanarum elegit. Postes templi dñi. sunt figuręꝫ decalogi. quibus uetustas euangelii obumbratur. per quam in sede ecclesię societatem intratur. Anna animo amaricatur. cum sancta ecclesia in expectatione filii dei. ut per recordationem peccatorum. ut per desiderio eternorum. salutiferę compunctionis iaculo sauciatur. De qua amaritudine salomon loquitur in puer biis. Cor quod nouit amaritudinem animę suę. in gaudio illius non miscebitur extraneus. Et sponsa in canticis. Vulnerata caritate ego sum. Sancta ecclesia orat dñm in patriarchis. flet largiter in legalibus ceremoniis. uotum uouet in ypheris. Domine inquit exercituum. qui es creator omnium spirituum. si respiciens uidis afflictionem famulę tuę in sciis patriarchis. ꝫ recordatus mei fueris in legalibus ceremoniis. nec oblitus ancillę tuę in ypheris. dederisq; seruę tuę seruum uirilem in pmissionibus euangelicis. pplm adoptionis. pplm acquisitionis. dabo eum dño. quia contemptis mundi pompis ꝫ gaudiis. soli dei amori ꝫ cultui illum dedicabo. omnes dies uitę eius in sanctificatione transigam. quia domino uiuere. ꝫ mundo mori faciam. Ne uacula super caput eius non ascendet. quia delectatio ut consensus inquinans. fidei ꝫ dilectionis eius sinceritatem. quasi minus intentionem non configet. Sic sancta ecclesia preces coram dño multiplicat. dum uotum uotis. lacrimas lacrimis. in omnibus antiquis sciis ꝫ iustis. patriarchis ꝫ ypheris. ꝫ fidelibus reliquis accumulat. Heli os eius obseruat. dum uetus illud sacerdotium. in omnibus sacrificiis ꝫ legalibus ceremoniis xpm designat. Anna in corde suo loquitur. dum in fidei ꝫ dilectionis suę sinceritate. filio dei per sciis patriarchis ꝫ ypheras obsequitur. Labia tantum illius mouentur. dum xpi mysteria. in sola fide ꝫ spe. non dum in re ab ea exercentur. Vox penitus non auditur. quia uetustas euangelii non dum in orbe terrarum pnuntiatur. SEQVITVR.

Estimabat eam heli temulentam. dixitq; ei. Vsq; quo ebria eris. Digere paulisper uinum quo mades. Respondens anna. nequaquam inquit dñe mi. Nam mulier infelix nimis ego sum. uinumq; ꝫ omne quod inebriare potest non bibi. sed effudi animam meam in conspectu dñi. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus belial. quia ex multitudine doloris ꝫ meroris mei locuta sum usq; in psens. Tunc heli ait ei. Vade in pace. ꝫ ds israel det tibi petitionem quam rogasti eum. Et illa dixit. Utinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in uiam suam. ꝫ comedit ꝫ bibit. uultusq;